

DISPUTATIO SECUNDA.

De Symbolis.

PRÆLECTIO I.

De Symbolis quibus articuli fidei continentur, ac primum de Symbolo Apostolorum.

Quod in omni bene constituta Republica observari solitum est, ut quæ communi lege profiteri debeant universi, in certas tabulas referantur, ne quis forte ad excusationem ignorantiam obtendat; id omni retro ætate in Ecclesia vidimus observatum, ut quæ ex fide, qua Christiani sumus, credere debeamus, in certas formulas ad publicam fidelium informationem colligerentur. Formulas illas Symbola de more dicimus, quibus articuli Fidei omnium primi, quique ab omnibus distincte, atque expresse credendi sunt, recta serie continentur.

Græcæ originis nomen est *Symbolum*: quo plurimum in unum collectio significatur: signum etiam, seu tessera, notaque publica, qua alii ab aliis discerni possunt. Tractumque id nomen est ab Ecclesia ad solemnes fidei formulas exprimentas: quia in iis varia fidei capita colliguntur, quarum publica professione, fideles ab infidelibus distinguuntur.

Triplex vulgo distinguitur *Symbolum* publico & solemniter Ecclesiæ usæ consecratum: Apostolicum, Nicænum, quod & Constantinopolitanum est dictum, & Athanasianum quibus Trinitatis & Incarnationis Mysteria recensentur, & in certos articulos rediguntur. Primum *Symbolum* non nisi submissa voce in Ecclesia recitatur: quia persecutionis tempore, ac nondum publicata fide ab Apostolis editum est. Alterum solemniter in Ecclesia, ac inter media Sacra decantatur; quia sedatis persecutionibus, fideque jam publice denunciata, a Nicænis Patribus editum fuit. Tertium Dominicis tantum diebus, non tamen omnibus, ad primam horam recitari solitum est, jubenturque Clerici omnes memoriam mandare ex decreto Concilii Augustodunensis anni 670. De solo Symbolo Apostolico historice dicam hodie, de cæteris in sequentibus.

Id ut debite pertractem, utraque manu *Adis* in morem, pugnandum mihi est: In Protestantibus scilicet bene multos, qui de eo Symbolo Apostolico minus alte ac digne sentiunt; & in nonnullos Catholicorum partium Professores, qui imprudenti zelo omnia in immensum, ac supra modum exaggerant.

Calvinus siquidem lib. 2. *Instit.* cap. 16. Erasmus in præfatione ad Lectorem, *paraphrasis 5. Matthæi*; Gerardus Vossius lib. de *Tribus Symbolis Dissert.* 1. (a) alique numero multi Protestantibus, *Symbolum* Apostolicum, eo nomine dictum putant, quod Apostolicæ Doctrinæ Summam complectatur, non quod ab Apostolis ipsis ullo modo sit editum. Ex adverso, Catholici nonnulli in extremum abeuntes, ita *Symbolum* illud ab Apostolis in unum collectis editum putant, ut singulos illius articulos, seorsim atque distincte protulerint Apostoli singuli: Petro inchoante, *Credo in Deum Patrem omnipotentem*: Joanne subjungente, *Creatorem Cæli & terræ*; atque ita de reliquis

ad Matthiam usque Apostolorum ultimum, articulum ultimum pronunciantem, *Vitam æternam. Amen.* Nonnulli demum Catholicorum *Symbolum* hoc non modo ab Apostolis editum volunt, verum etiam ab iis ipsis scripto mandatum, & consignatum. Nos aliam longe viam ingressi, quid rei fuerit ex Sanctorum Patrum auctoritate, atque sententia statuimus.

Ac primo quidem contra Protestantibus, *Symbolum* Apostolicum re ipsa ab Apostolis editum dico, tanquam communem prædicandæ fidei formulam, quam omnes per varias Orbis regiones ad prædicationem Evangelicam dispergendi tenerent, ac sequerentur. Illud enim ab *Apostolis traditum* testantur S. Irenæus lib. 1. *adversus hæreses cap. 2.* Tertullianus lib. de *Præscrip. cap. 37.* Lucifer Calaritanus lib. 2. *adversus Constantium Imperatorem*; Cælestinus I. R. P. *Epist. ad Nestorium, Concilium Ephesinum in Relatione ad Theodosium, & S. Maximus, Homilia de Traditione Symboli.* Non potest autem congruenter ab *Apostolis traditum* dici, nisi illud re ipsa ediderint. Sed & illud re ipsa ab illis editum, collectumque conceptissimis verbis attestantur S. Ithodus Hispanensis lib. 2. de *Eccles. officiis cap. 22.* S. Leo Magnus *epist. 13. ad Pulcheriam Augustam*, Cæsarius lib. 6. de *Incar. cap. 3.* & 4. adeo ut ea de re dubium moveri vix posse putem.

(b) Neque obest, quod Calvinus ejusque gregales opponunt, Apostolos in suis Epistolis, & Lucam in actibus Apostolicis, hujus a se editi *Symboli* mentionem facturos fuisse, si illud re ipsa edidissent. Non inquam id obest: Apostoli enim non omnium, quæ gesserunt edideruntque, meminere in suis Epistolis, sed multa silentio prætermisere, ac potissimum Lucas, Actuum Apostolicorum Scriptor; qui, ut observat S. Hieronymus, *multa historiographi licentia prætermisit.* Nec quidquam ex eo silentio, argumentoque negativo colligi potest adversus tam diserta, quæ modo subindicavi, Patrum testimonia.

Multo minus obest Gerardi Vossii observatio, qua putat invicte probari, non potuisse Apostolos hujusmodi *symbolum* edere, antequam ad prædicandum Evangelium in Mundum universum dispergerentur: quia scilicet Ecclesiæ verbis conceptissimis Catholica dicitur; *Credo in Spiritum Sanctum, sanctam Ecclesiam Catholicam.*

Stat ergo certum indubitatumque, *symbolum* Apostolicum ab Apostolis re ipsa editum esse, quidquid in contrarium deberent Protestantibus.

Jam ad Catholicos Scriptores aliquos in extremum oppositum abeuntes sermonem convertamus. Contra quos sit ista Conclusio. Apostoli non ita *symbolum* edidere, ut suum unusquisque illorum articulum seorsim atque distincte ediderit, ac protulerit. Sed omnes in commune contulerant, & in eandem cujusque articuli sententiam conspirant.

Qui enim singulos *Symboli* articulos, a singulis Apostolis distincte probatos atque editos effutiant, ut pro duodenario Apostolorum numero, duodecim articuli distinguantur, labuntur errore puti-

(a) Vide Natal. Alex. Tomo 3. Hist. Eccles. Parisiis editæ anno 1730.
(b) Vide Natal. Alex. Tomo 3. Hist. Eccles. Parisiis anno 1730.

DISPUTATIO II. PRÆLECTIO I.

putidissimo. Jacobum enim fratrem Joannis, suum quoque articulum distincte proferentem exhibent numero 3. Et in *Jesum Christum filium ejus unicum Dominum nostrum*: Cum tamen Jacobus ille, antequam Apostoli ad condendum *symbolum* animam applicarent, martyrio sublatus fuerit, Act. 12.

Certe qui ita fabulantur, ac sentiunt, singulos scilicet Apostolos singulos articulos seorsim edidisse ac pronunciasse, non nisi spuris, & apocryphis instrumentis inantuntur. In primis quidem nituntur Epistola S. Clementis ad Jacobum fratrem Domini: ubi dicitur, Apostolos *Symbolum* condidisse, & unumquemque quod sensit dixisse. Quæ tamen Epistola Clementis re ipsa non est, ut consentiunt critica scientiæ periti: nec esse germana profecto potest, si ad Jacobum fratrem Domini, ut præteritur, scripta est: Cum in ea D. Petri obitus mentio fiat, qui non nisi octennio post Jacobum illum Martyrio sublatus est. Quamquam, & ea laudatæ Epistolæ verba, unusquisque Apostolorum quod sensit dixit, non id innunt, singulas Apostolos singulos sententias, seu articulos distinctim ac separatim protulisse, sed unumquemque suffragium tulisse suum, in eandem tamen omnium articulorum sententiam conspirando.

Nituntur perinde *Serm. 115. D. Augustini de Tempore*, ubi singuli Apostoli singulas sententias proferentes referuntur. At nemo est, qui ignoret, sermonem illum Augustini non esse, imo eundem illum, cujuscumque tandem auctoris sit, vitiatum & interpolatum fuisse. Quod multis ostendit Natalis Alexander *Diss. 11. sæculi 1.*

Nituntur demum suffragio S. Leonis Magni: at perperam intellecto, & in contrarium sensum misere detorto. Dum enim ait *Epist. 13. ad Pulcheriam Augustam* *Symboli* confessionem duodecim Apostolorum, totidem esse signatam sententias: hoc sibi vult unum, tot in *symbolo* sententias esse, seu articulos, quot erant Apostoli: non autem singulos seorsim, singulas sententias pronunciasse. Præterquamquod non advertit Leo Magnus, non fuisse tunc duodecim Apostolos, dum est conditum *symbolum*; instante scilicet illorum professione in varias Mundi regiones ad prædicandum Evangelium. Jacobus enim frater Joannis Martyrio sublatus erat, ut diximus: Paulus autem, qui tunc duodenarium in collegio Apostolico implebat numerum, Jerosolymis procul aberat, dum professionem pararent alii. Appage itaque nugæ atque fabellas.

Accedit quod de duodenario articulorum *Symboli* numero non conveniant Patres universi, ut suus cuique Apostolo peculiaris articulus tribui possit. Nonnulli enim Patres *symbolum* illud Apostolicum suis in opusculis recitantes, articulum primum de *Patre omnipotente*, compingunt cum secundo de *Creatore Cæli, & terræ*; alii dividunt, Nonnulli articulum de *Conceptione Christi de Spiritu Sancto*, compingunt cum articulo, de ejusdem Nativitate ex *Maria Virgine*: dividunt alii. Nonnulli articulum de *Carnis resurrectione*, compingunt cum articulo de *Vita æterna*, alii dividunt: adeo ut alii Patres 9. alii 10. alii 11. alii dividunt 12. articulos numerent. Quod utique minime contigisset, si singulas singuli Apostoli sententias protulissent seorsim, ac distinctim.

Tertiam demum in Scriptores illos exorbitantes conclusionem pono, *Symbolum* Apostolicum ita est ab Apostolis in eandem sententiam conspirantibus editum, ut tamen non sit ab eis scripto mandatum, sed fidelibus traditum, illorum memoriæ commendandum.

Id Ecclesiæ Patres disertissime contestantur: S. Hieronymus *Epist. 61. ad Pammachium*: *Symbolum fidei, & spei nostræ, quod ab Apostolis traditum, non scribitur in charta, aut atramento; sed in tabulis Cordis Carnalibus.* S. Petrus Chrysologus *Serm. 62. Symbolum fidei sola fide firmatur: non litteræ, sed Spiritui creditur; & mandatur cordi, non chartæ.* Rufinus in *Expositione Symboli*: *Symbolum non scribi chartulis atque membranis, sed retineri cordibus tradiderunt.* (a)

Ad hæc, si fuisset ab Apostolis ipsis scripto mandatum, non video, quare inter Canonicas Scripturas relatum ab Ecclesia non fuisset. Si enim vel minutissima singularis alicujus Apostoli scripta, quæ vix aliud quidquam continent, præter commendatitias, officiosaque salutationes in Domino, (quales sunt Pauli ad Philemonem, & tertia Joannis, Epistolæ) in Sacrarum Scripturarum Canonem sunt relata; quod ad mores informandos utcumque valeant: quanto magis cum in canonem fuisset relatum scriptum, ab omnibus simul Apostolis exaratum, quo Catholica fidei summa capita continentur, certoque ordine distinguuntur? Rursus: Si fuisset ab iis scripto traditum *Symbolum*, immutatum profecto, invariatur, nullaque sui parte mutilatum, semper in Ecclesia mansisset. Verba enim scripto mandata, non ita facile mutilantur, ac quæ memoriæ traduntur: Porro tamen in variis Ecclesiis catholicis, numquam ita fuerit mutilatum *Symbolum* Apostolicum, ut mutata illius substantia dici possit; liquet tamen, verborum mutationes, additiones, jam a primis Ecclesiæ temporibus factas esse.

In primo enim articulo: *Credo in Deum Patrem omnipotentem*, Ecclesiæ Orientalis semper addidit *Unum*.

Secundus articulus, *Creatorem Cæli & terræ*, omittitur in Ecclesia Aquilejensi, & loco illius habebatur, *Invissibilem & impassibilem.*

In tertio articulo, qui conceptus est de Spiritu Sancto: *Natus ex Maria Virgine*, Ecclesiæ Aquilejensis habebat: *Qui natus est de Spiritu Sancto ex Maria Virgine*, Ecclesiæ vero Hierosolymitana habebat: *Incarnavatus & homo factus.*

In quarto & quinto articulo, *Passus sub Pontio Pilato, crucifixus, mortuus, & sepultus, descendit ad inferos*, in Ecclesia Aquilejensi *To mortuus* omittitur: in Romana autem, & Orientali, *descensus ad inferos* silebatur.

In nono articulo, *Sanctam Ecclesiam Catholicam, To Catholicam* omittitur in Ecclesia Aquilejensi. Nec videtur usurpata vox illa in Ecclesia Africana; quandoquidem D. Augustinus lib. de *Symbolo ad Catechumenas*, integrum Apostolorum *Symbolum* recitans, hanc vocem *Catholicam* omittit. Et S. Pacianus *Epist. 1. ad Symproniam* ait, Apostolorum temporibus consuetudinem non obtinuisse, ut Christiani *Catholici* dicerentur, & Ecclesia *Catholica*. Quod nusquam ille scripsisset, si Ecclesiam ab ipsis Apostolis *Catholicam* appellatam observasset in *Symbolo*.

Decimum caput de *Sanctorum Communione*, non extabat in *Symbolo* Aquilejensi, & Ravenatensi.

In undecimo articulo, ubi simpliciter dicitur, *Carnis Resurrectionem*, in Ecclesia Aquilejensi addebatur *hujus carnis*.

Postremum caput de *Vita æterna*, omittitur in Romana perinde, & Aquilejensi Ecclesia.

Quæ cum ita sint omnia, quis non videat, Apostolos hujus *Symboli* conditores, hoc ipsum scriptis minime consignasse: quod si fecissent, numquam hujusmodi mutilationes variis in Ecclesiis accidissent. Scripto quippe mandata, hæc ita de facili immutantur.

Sed

(a) Vide Natal. Alex. Tomo 3. Hist. Eccles. editæ Parisiis. an. 1730.

Sed erit forte qui dicat: Nonne interpolationes illae, fidei substantiam contingunt, ac etiam violant? Nonnulli enim articulos Symboli aliquos plane rescindunt. Nonne etiam est iis mutilationibus colligere licet, Apostolos nullo omnino pacto symbolum illud condidisse? Incredibile enim est, privatas Ecclesias, aliquid ex eo symbolo demere voluisse; ac vel unum apiculum immutare, quod ab Apostolis ipsis editum agnovissent: at perperam ista.

Ad primum ergo repono, nihil fidei substantiam laedere interpolationes illas, quia rescissi articuli, aut mutilati, in aliis qui intacti relicti sunt, implicite continentur. Ita creatio Caeli & Terrae, quae in secundo articulo alicubi taceat, in articulo primo de Dei omnipotentia continetur: Cum sit creatio maximum Divinae omnipotentiae argumentum. Mors Christi, quae alicubi omittitur, in quarto articulo, importatur in ejus sepultura: cum non sepeliantur nisi mortui. Descensus ad inferos, qui alicubi taceatur, in articulo de morte continetur. Cum inferi loci sint nonnulli mortuis debiti. Communio Sanctorum, quae sicut alicubi in articulo decimo, virtute continetur in eo articulo, quo profiteremur Ecclesiam Catholicam. Quia unitas Spiritus, a quo Ecclesia regitur, efficit, ut quicquid in eam collatum est, commune sit omnibus, ut docet Catechismus Concilii Tridentini. Postremum caput de vita aeterna, quod in nonnullis omittitur Ecclesiae, virtute continetur in articulo de carnis resurrectione. Ad hoc enim resurrectionem speramus, ut vitam aeternam plene & integre possideamus: ut habet D. Thomas 2. 2. *quae* 1. art. 8.

Ad secundum vero repono, incredibile non esse, privatas Ecclesias, leves illas immutationes in eo fecisse symbolo, quod ab Apostolis traditum noverant, quia non aequè perfectum omnibus erat, quibus peculiaribus & individuè verbis symbolum edidissent; cum non fuisset ab ipsis scripto aliquo exaratum, sed fidelium memoriae commendatum.

Difficilius fortasse fuerit definire, quo jure, quoque titulo Apostoli, etiam antequam in varias Orbis Regiones proficiscerentur ad praedicandum Evangelium, Ecclesiam Catholicam, hoc est Universalis, in Symbolo vocare potuerint; quae vix Judae & Galilaeae fines praetergredebatur. Quae certe observatio in causa fuit, cur eruditi nonnulli, vocabulum illam ab ipsis Apostolis positam negaverint; sed ab Ecclesia ipsa, secus inde temporibus positam dixerint; cum eam Universalitatem adeptam esse.

Existimaverim tamen ego, potuisse etiam Apostolos, certo aliquo sensu Ecclesiam Catholicam seu Universalis in nuncupare tunc temporis. Universalis inquam, non actuali atque praesenti Universalitate, sed Universalitate a Christo promissa, decreta, atque praecipua: cum Christus Apostolis praecipisset, *Marci cap. 15.* Ut euntes in Mundum Universum, praedicarent Evangelium omni Creaturae: Atque ita Ecclesiam in Universum Mundum extenderent. Universalis etiam Ecclesiam dicere potuerunt, universalitate dogmatum atque doctrinae; quod ea omnia doceat Ecclesia, quae sunt ad salutem homini necessaria. Aut etiam Universalis Universalitate temporum: quod sit Ecclesia in omne aevum duratura: dicente Christo: *Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus, usque ad consummationem saeculi, Matth. 28.* Quare meo quidem iudicio nil vetat, potuisse Apostolos, edito Symbolo, Ecclesiam Catholicam dicere.

Quaerit ex me fortassis aliquis, ad presentis Controversiae Coronidem, quis & qualis hujus

Symboli Apostolici usus fuerit in Ecclesia, jam tum a primis Saeculis?

Dicam ad haec breviter, ad annum usque 325. quo Symbolum Nicaenum adornari ceptum est, Symbolum Apostolicum, quod unicum extabat, Catechumenis Baptizandis addendum recitandumque tradebatur: atque ita in ea Fidei professione, Ecclesia generatim baptizabat: at vero ut cepit Nicaenum Symbolum edi & circumferri, maxime vero postquam a Synodo Constantinopolitana nonnullis additamentis est auctum, non una omnium Ecclesiarum disciplina fuit. Orientales, misso Symbolo Apostolico, Nicaenum tradebant Catechumenis addendum, atque in illo ipso, seu in illius professione baptizabant. Imo hoc solum quotidiano in usu habuisse Orientales, testis est S. Basilius Seleucienfis Episcopus in *Epistola Synodica ad Leonem Augustinum*: *Ubique, inquit, hoc solum circumfertur ac predicatur, nempe Nicaenum, Occidentales e contrario Ecclesiae Apostolicum Symbolum, etiam post Concilium Nicaeni tempora, religiosissime tenuerunt, suisque Catechumenis addendum, recitandumque in Baptismate tradiderunt; ut ex Augustino, Rufino, Petro Chryologo, Maximo Taurinensi compertum est.* Una tamen excepta Ecclesia Hispaniensis, quae Graecorum disciplinam ea in parte sectata est, ut liquet ex Decreto Concilii Toletani 3. Quia Gothi, Vandali, alique Ariani Hispaniam maxime infestabant; atque ita Fideles maxime contra Arianam haeresim communitate necesse fuit, quae eo maxime Symbolo Nicaeno denudata & oppugnata, in quo Christi Divinitas disertius & apertius declaratur. Sed de Symbolo Nicaeno plenius in sequenti.

PRÆLECTIO II.

De Symbolo Nicaeno, quod etiam Constantinopolitanum est dictum.

DE Nicaeno Fidei Symbolo, quod etiam Constantinopolitanum est dictum, hodierna luce dum disputo, illud statim animum movere, quid causa esse poterit, ut post editum ab ipsis Apostolis sacrum Symbolum, triumque priorum saeculorum usum consecratum, ad novum tamen addendum, Nicaeni Concilii Patres animum adiecerint, quasi vero aliquid melius & accuratius Apostolis ipsis, Nicaeni, & Constantinopolitani Patres adornare potuerint? Non est tamen cur ita miremur. Neque enim novum Nicaeae & Constantinopolitani conditum est Symbolum, ut Apostolico melius absolute & accuratius haberetur; sed ut pro varia conditione temporis & aetatis, esset opportunius; atque Fideles contra novas obortas haereses munirentur. Apostoli enim nihil discretum, expressum, atque distinctum de Filii, & Spiritus S. Divinitate suo in symbolo delibaverant. Quare oborta subinde haeresi Ariana, Christi Divinitatem abnegante, hoc Fidei nostrae caput, aeternamque Verbi generationem discrete distincteque profiteri necesse fuit, iis de Christo Domino adjectis verbis antiquo Symbolo, & ex *Patre natum ante omnia saecula, Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero, genitum non factum, consubstantialem Patri, per quem omnia facta sunt.* Ac tum postea oborta haeresi Eunomiana & Macedoniana, Spiritus S. divinitatem abnegante, Patres Concilii Constantinopolitani, ut Fideles contra eam haeresim communitate, ea Symbolo Nicaeno verba addiderunt, quibus maxime Spiritus S. Divinitas declaratur: *in Spiritum S. Dominum & vivificantem, qui ex Patre procedit; qui cum Patre & Filio simul a-*

donatur & conglorificatur, qui locutus est per Prophetas. Unde effectum est, ut Nicaenum Symbolum, Constantinopolitanum a plerisque dicatur, est priorum appellationem frequentius teneat. Tum demum orto nonnullorum errore, qui Spiritum S. a solo Patre procedere dicerent, non item a Filio; Romani Pontificis auctoritate particula *Filioque procedit*, eidem symbolo adjecta est, in quadam Occidentalis Ecclesiae Synodo. Sicque ad symbolum illud constandum, tria omnino Concilia conspiraverunt.

De prima, alteraque additione Apostolico symbolo facta, tum Nicaeae, tum Constantinopolitani adversus haeresim Arianam, & Eunomianam, nihil est quod vocetur in Controversiam. At duo sunt, quae tertiae seu postremae additionis occasione disputari maxime solent. Primum, quae auctoritate, quo jure postrema illa particula *Filioque procedit* symbolo Nicaeno, & Constantinopolitano ab Ecclesia Occidentali addita sit, stante maxime Concilii Ephesini interdicto; ne quid ultra symbolo huic a quoquam adderetur. De hoc enim Graeci Schismatici graviter conqueuntur. Alterum, quod quare maxime solet, quam in Synodo, & quonam sedente Pontifice, ea additio Particulæ *Filioque* facta fuerit? De quibus necesse est ut dicamus ad plenam difficultatum illarum elucidationem.

Quod primum attinet, Particulam illam *Filioque*, nonnulli per summum nefas a Latinis additam esse usque adeo constare Graeci Schismatici ajunt, ut hoc ipsum facinus attentatum ipsi quoque Romani Pontifices, re demum maturius perpensa, vehementius improbarint. Unde id illi colligere sibi putant, videamus.

Factum celeberrimum sub Leone III. Summo Pontifice a Carolo Magno Imperatore anno octingentesimo nono habitum vehementer extolunt, quod quod intantum illud sum colligere sibi videntur. Contigit scilicet ea aetate temporum, ut post celebratam in Germania inferiori Synodum Aquifgranensem, in qua famosa de Spiritu S. a Filio Processione controversa eliquata fuerat, rem eo usque Fides perduraverit, ut Symbolum Constantinopolitanum, quod jam tunc in eo Regno inter media sacra solum erat decantari, cum addita etiam particula *Filioque* recitarent. Excitatis ex ea Discipline novitate tumultibus, remque minus aequo foventibus viris nonnullis longe doctissimis, legatio a Carolo Magno ad Leonem III. Romanum Pontificem delata est; ut eos tumultus pronunciato de ea Discipline innovatione iudicio Pontificio, opportune sedaret. Quid tunc Pontifex prudentissimus? Duo sanxit, statuitque. Primo symbolum cum ea particula *Filioque* additione recitare vetuit. Secundo, ut illustri monumento, & perenniori posteris significet suam de symbolo Constantinopolitano existimationem, duas tabulas argenteas ad confessionem S. Petri affigendas curavit; in quarum una symbolum Constantinopolitanum latine incidere; in altera vero Graece absque aliquo particulae *Filioque* additamento; ut intactum, & illibatum, quale a Nicaeno, & Constantinopolitano Synodo editum erat, posteris servaretur. Harum tabularum argentearum mentionem habet Anastasius in *Vitis Pontificum*, & Baronius in *Annalibus ad annum octingentesimum nonum*. Itaque colligunt Graeci, additionem Symbolo Constantinopolitano antea factam malo animo habuisse Leonem III., atque rescissam secus temporibus voluisse.

Multum hoc in argumento ostentationis est, veritatis parum. Ac primo quidem, quod incisum laminis argenteis symbolum interest, ex quo expuncta esset particula *Filioque*; longe alio con-

filio id fecit optimus Pontifex Leo III., quam ut Praedecessorum suorum gesta rescinderet, additamque particulam reprobarit. Equis enim id credat? Cum Romani Pontifices etiam post Leonem III. tempora, inter quos Nicolaus I., hoc idem symbolum ea particula *Filioque* auctum tenuerint, atque probaverint, uti testis est Photius in Epistola eidem Nicolao inscripta. Sed eas incidi laminas iussit Leo, ut sacro illo impostorum monumento constaret, quale primitivum symbolum Constantinopolitanum extiterit; ut suus etiam symbolo huic primigenio honor in Ecclesia servaretur. Adsum maxime, ne Graeci Latinis objicere possent, ab eis improbari, atque contemni, uti minus accuratum, ac diminutum, quod novis additamentis refarcendum, atque amplificandum judicarent. Et vero contemni a Latinis Symbolum illud tam falsum est, quam quod maxime; neque ex facta a Latinis additione particulae *Filioque* consecrarium est. Nam neque symbolum Apostolorum improbatum voluere Nicaeni Patres, dum ei nonnulla de Christi Divinitate aliquantum explicatoria addenda judicarent; neque Nicaenum Symbolum flocci faciendum existimarunt Constantinopolitanae Synodi Patres, dum illud novis ex novarum haeresum occasione additamentis amplificarent. Novi qui nodum illum facilius expediunt; sed data solutio mihi magis aridet. Jam quod alterum objectionis caput attinet, de negata scilicet Gallis venia a Leone III. Constantinopolitanum Symbolum decantandi cum hujus particulae *Filioque* additamento, prouderit id, ac magna cautione sumendum est, ne omnia promiscue, temereque misceantur. Non enim de ipso particulae *Filioque* additamento controversia mota erat in Gallis, nec de illa particula recitanda, aut expungenda consulebatur Pontifex Maximus; sed de additamento publice in Ecclesia Gallicana decantando; propterea quod aliis in Ecclesiis additamentum illud, tametsi jam factum, & probatum, non tamen publice cum reliquo Symbolo cantaretur. Unde & Legati ad Leonem III. a Carolo Magno missi, cum probari a Pontifice audissent particulam *Filioque* Symbolo additam, & Spiritus Sancti a Filio Processionem agnoscere ab illo, uti Fidei Caput, solumque ab illo prohiberi, ne publice Symbolum ea adjuncta particula decantaretur, Pontifici responderunt: *Si ergo ita est; si ita credere nos oportet, Spiritum Sanctum a Filio procedere, cur non licet cavere, aut cantando docere?* Cum itaque non de hujus dogmatis Fide, non de ipsa per sese Symbolo inserta particula *Filioque*, sed de particula publice decantata negotium Gallis successerit Leo III. non est cur sibi de hujus Pontificis pronuntiato iudicio Graeci Theologi blandiantur. Sive etenim decantetur, sive non, nihil ad Fidem interest, dummodo uti legitima teneatur.

Quorsum porro ea de re, quae levis adeo momenti videtur esse, difficultatem Gallis creavit Pontifex ille, dicam breviter. Quia videlicet Galli hanc sibi inducendam novae Discipline licentiam proprio Marte, propriae auctoritate arrogaverant. Cum enim a Leone III. veniam pridem obtinissent, Nicaenum Symbolum, sive dixerimus Constantinopolitanum inter media sacra publice decantandi, si fas sibi esse existimarent, particulam *Filioque*, quam huic Symbolo subinde additam noverant, una cum reliquo Symbolo decantare. Pari omnino hoc noluit Sanctissimus Pontifex, ne ab aliarum Ecclesiarum Discipline Galli desisterent: Hispani enim ab anno quingentesimo octogesimo nono Symbolum inter Missae solemnia decantabant, minime tamen cum adjuncta particula *Filioque*. Hac pro-

argumenti propofiti folutione, ni fallor, abunde fufficient.

Unum fupereft, ut ad cumulatiffimam hujufce de Spiritu Sancto Controverfia traktionem, quaestionem hiftoricam movemus, quam verius forte Enigma facratiffimum appellaverim: quo videlicet tempore, quoque in Synodo ea particula *Filioque*, de qua prolixè adeo diximus, Symbolo Constantinopolitano addita fit? Ea de re verbum obiter injecit Doctor Angelicus *1. part. quaest. 36. artic. 2. ad 2. Postea*, inquit, *insurgente errore quorundam, in quodam Concilio in Occidentalibus partibus congregato expreffum fuit auctoritate Romani Pontificis*. Quibus verbis non tam quaestionem enodavit, quam enigma propofuit eruditus exponendum, & enodandum: cum nec errorem, cujus occasione facta additio est, nominarit, nec Concilium diftinctè notarit, nec Pontificem, quo fua dente facta res est, ex nomine designarit. Cum itaque controverfia hæc gravior fit, quam ut brevi temporis fpatio refolvi poffit, eandem ad craffinam prælectionem remittimus.

PRÆLECTIO III.

Quandonam, & a quo Particula *Filioque* Symbolo Nicæno, & Constantinopolitano addita fit, declaratur.

ENigma in re critica, & hiftorica obfcuriffimum folverendum aggredior; quandonam, & a quo particula *Filioque* Symbolo Nicæno, & Constantinopolitano addita fit. Cujus nobis enigmatis folutionem tametsi non dederit Doctor Angelicus, & Concilium Florentinum, certæ tamen notæ definivere, adjectionem particulae *Filioque* factam esse a Romano Pontifice in Synodo numerosiffima in partibus Occidentalibus celebrata, occasione novi emergentis erroris de Processione Spiritus Sancti, ac dum magni in Galliis oritur fchismatis periculum immineret. Ad has igitur notas tamquam ad certam Cynofuram mentem intendere necesse est ad iftud enigma, si fieri potest fitegendum. Si certum igitur ea de re iudicium ferre volumus, deque variis Theologorum opinionibus pronuciare, funt qui particulam illam Symbolo additam velint a Damaso Romano Pontifice in Concilio Romæ habito anno tercentesimo octogesimo secundo; uno duntaxat anno post Concilium Constantinopolitanum; additionemque hoc pacto factam exponunt. Cum Damasi Romani Pontificis, & Theodosii Imperatoris auctoritate Concilium Constantinopolitanum anno superiori capsum esset, litteras ad Patres Græcos Damafus misit, quibus eos ad Concilium Romæ habendum invitabat. Sed cum ii variis de causis Romam iter arripere non poffent, feque excusatos haberi postularent, suam Fidem, ac potiffimum conditum a se Symbolum ad Concilium Romanum transfuferunt; quod Damafus cum Concilio Romano probavit, addita folum particula illa *Filioque*, majoris explicationis gratia: quam etiam Constantinopolitani Patres confirmarunt: Sic ut additio nedum a Concilio Romano, sed & ab ipso Constantinopolitano facta merito dici poffit; eo plane jure, quo viri nonnulli doctiffimi fcribunt, unum ex Constantinopolitano, & Romano Concilio confitum esse Concilium Generale: cum illic feilicet coacti essent Græci; iftic Latini, ac fua fecum ftatura, acque decreta viciffim communicarent.

Id belle quidem excogitatum; fed nihil probatum invenio. Habitum tunc quidem Romæ sub Damaso Concilium feio; vocatos ad illud Patres Constantinopoli congregatos; excusatos illos pro-

pter itineris difficultates, ne venirent; miffam ab illis ad Damafum Fidem suam, ac etiam Symbolum a se conditum ultro concedo: fed particulam *Filioque* tunc fubinde in eo Concilio Romano additam; rursus in Concilio Constantinopolitano probatam esse (quod præfentis difficultatis caput est) omnino nega. Unde enim id habent? Quorfum vero, si ita res acta effer, in nullo veteri Constantinopolitanae Synodi codice addita illa, probataque particula compareret? Quorfum in quatuor Synodis (Ecumenicis post ea tempora proxime celebratis Symbolum Constantinopolitanum, miffa fempè particula illa, recitata est? Sed & figmentum illud aperte revincit, quod in Concilio Florentino gefum est. Cum etenim Græci Præfules quaerent a Latinis, quorfum ipsi ad illud Concilium vocati non fuerint, in quo hujufce particulae additio tentata est; duo hæc Latini Præfules repofuere; & nefcire se, an re ipsa Græci vocati non fuerint; & Pontificem ad illos vocandos nequaquam aditragi. Porro nec id Græci quaerere; nec id reponere Latini tentaffent, si res ita gefa fuiffet, ut illi conjectatores contendunt: cum exploratum omnibus effer, Græcos ad Concilium illud Romanum sub Damaso per epiftolas fuiffe vocatos, illofque profus fe excusatos fuiffe. Verum otiofi hominis est, in eo confutando figmento longius immorari; cum nulli exploratum non fit, additionem illam particulae *Filioque* nonnifi longo post tempore, novique emati erroris occasione factam esse. Fefellit viros incautos, (si hujufce figmenti ortum fcire vultis) spurium quoddam opus, Damasi Symbolum appellatum, quod Tomo 5. Operum Sancti Hieronymi (nov. edit.) videre est, in quo ea particula *Filioque* inferta reperitur. At nec Symbolum illud Constantinopolitanum Symbolum effer, fed aliud longe diverfum, nec auctor illius Damafus est, fed Scriptor longe posterior; ifque non fatis (ut multis vifum est) orthodoxus.

Alii particulam additam volunt in Concilio Toletano III. anno quingentesimo octuagesimo nono sub Gelafo II. Romano Pontifice; totumque fua conjectationis præfidium petunt ex compilatione Conciliorum Hispania; a Garcia Loayza fub initium alterius feculi elaborata; ubi Symbolum Constantinopolitanum ea particula auctum præfentatur inter cæteras Hispanorum Præfulum lucubrations, & Acta Synodalia.

At non auspiciatius illi conjiciunt. Tertiz quippe Synodi Toletanz characteres ii minime congruunt, quibus Concilium Florentinum Synodum illam designavit, in qua additio facta est: *Maxima*, inquit Concilium Florentinum, *in Gallia, & Hispania fchismate imminente, cum jam ea particula Filioque passim celebraretur, Romano Pontifici necesse fuit in multorum Occidentalium ample dignitate, magnique consilii Patrum Conventu, addito Filioque Symbolum magis illustrare*. At Synodus Toletana tanta numerositatis non fuit, ut iis notis designari poterit; cum ad eam foli Hispania Præfules accesserint; nec ea ætate temporum particula *Filioque* passim celebrabatur; nec ullum in Galliis nostris ea de causa periculum fchismatis fuit, fed multis post annis. Quod compilationem Conciliorum Hispania; a Garcia Loayza adornatam attinet, dicam fortasse libentius, eum fua perpeticilia fefellit, duoque promiffue confudisse, professionem feilicet Fidei ab ipsis Toletanis Patribus elaboratam, & Symbolum Nicænum, feu Constantinopolitanum Actis Synodalibus infertum. In Fidei professione appofitam eam particulam certo fcimus, non ipsi tamen Symbolo additam. Is vero, quem in uno vidit particulam, in altero addendam existimavit.

Sunt

Sunt qui demum opinentur Benedictum VIII. particulam addidisse anno millefimo centesimo duodecimo instante Sancto Henrico Imperatore. Hos inter primas tulit Ludovicus Maimburgus *lib. 2. Schismatis Occidentis*, qui dicti testem proferit Bernonem Augienfem Abbatem *lib. de rebus ad Miffam spectantibus cap. 2.* Verum toto Maimburgus aberrat oftio. Equis enim nefciat, multo antiquiorem esse additionem illam; cum ex pervectis Actis Concilii II. Nicæni in Synodo Florentina productis confet, anni ante Benedictum VIII. centum viginti quinque illius Concilii Patres Symbolum cum additione particulae *Filioque* folemniter decantasse, anno nimirum feptingentesimo octuagesimo feptimo. Berno autem Augienfis, quem testem figmenti fui Maimburgus appellat, non de additione particulae agit, fed de symbolo publice decantando: idque folum habet, Sanctum Henricum Imperatorem a Benedico VIII. obtinuisse, ut folemniter in Ecclesia Romana recitaretur. Fabulam fabulæ addit Maimburgus, dum additionem illam a Benedico VIII. factam ait in Concilio Romano: nam nulla fuit Benedico VIII. Synodus Romæ habitam legimus.

Landat ille Hugonem Etherianum, quasi hujufce rei fidem faciat *lib. 3. de hærefibus cap. 16.* At is nec Benedico VIII. meminit, nec habitæ Synodi; fed id unum ait; nempe antiquioris Romæ Antiftitem hanc dictionem *Filioque* symbolo appofuisse *Sanctorum plurium Epifcoporum, & fcientiffimorum Cardinalium consensu habito*. Quis autem Pontifex ille fuerit, non designat.

His igitur omnibus opinionibus rejectis, & ablegatis, si meum hic iudicium interponere licet, probabilius existimaverim ego, additionem hanc factam esse in Concilio Romæ celebrato sub Agathone Romano Pontifice anno feccentesimo octogesimo. In epiftola enim fynodica fcripta ab ea Synodo ad VI. Concilium Ecumenicum, quod fequenti anno, nempe feccentesimo octogesimo primo Constantinopoli celebratum est, quæque exrat in Actis feffionis quartæ, symbolum Constantinopolitanum infertum est cum additione particulae *Filioque*.

Secundo, quia Græci particulam illam momentofam *Filioque* fecutis temporibus abraferunt ab ea Epiftola Synodica, qua de re vehementer quafti funt Latini Præfules in Concilio Florentino. Cur porro abrafere, nisi quia noverant publicam esse Latinarum Fidei professionem?

Tertio, etiam congruunt Circumftantia omnes, & a D. Thoma, & a Concilio Florentino notatæ: quibus Synodum illam designare folent, in qua additio facta est. Primo namque fuit numerosa Synodus illa Romana, nempe Epifcoporum centum viginti quinque. Secundo in partibus Occidentalibus. Tertio dum jam particula *Filioque* passim a Latinis celebraretur, & agnofceretur, efferque fchismatis periculum in Galliis, & Hispaniis, ut liquet ex Sancto Gregorio Magno, ex Concilio Aquifgranaenfi, Gentiliacenfi, & Sancto Maximo in confutatione quærelarum Græcorum adverfus Latinos. Quarto, ad illam Synodum Græci non accessere, nec vocati fuere. Quinto, Nec eos vocare Pontifex tenebatur, cum Concilium Occidentis duntaxat effer. Qui omnes characteres funt, quibus Concilium Florentinum, & D. Thomas eam Synodum denotant, ubi additio facta est. Quæret quis fortassis, quandonam primum caperit inter media færa Symbolum decantari? Repono non uno, eodemque tempore cepiffe Ecclesias decantare, fed pedetentim, ac fuffeffione quadam. Cæperunt Græci omnium primi anno quatercentesimo feptuagesimo primo. Tum Hispani anno quingentesimo octogesimo nono ex

Sery. Tom. IV.

Decreto Concilii III. Toletani. Subinde Galli, atque Germani fimul anno octingentesimo nono mandante Carolo Magno. Romani omnium postremi decantarunt anno duntaxat millefimo centesimo decimo quarto, instante Henrico III. Imperatore, quod ille nonnifi difficulter obtinuit, Romanis videlicet obtendentibus, nihil esse causæ, cur publicam illam, Fidei professionem eederent, qui nulla unquam hærefi laboraverant; ut refert Berno Augienfis *lib. de rebus ad Miffam pertinentibus cap. 2.*

Quandonam autem caperit publice decantari symbolum cum additione particulae *Filioque* incertum est. Illud tamen certum ex factis Leonis III. de quo multa in fuperioribus diximus, privatis Ecclesiis symbolum Constantinopolitanum jam olim decantantibus licitum non fuiffe ante decimum feculum particulam *Filioque* cum reliquo symbolo decantare. Gallos enim, quod id attentaffent, graviter Leo III. reprehendit.

PRÆLECTIO IV.

Symbolum, quod S. Athanasii dicitur, ejus factum non esse, validiffimis argumentis evincitur.

DE Symbolo, quod S. Athanasii nomine circumfertur, dum difputo, difficultatis arcem confectum aggredior, fidenterque pronuncio, Symbolum, quod S. Athanasio tribuitur, Athanasii re ipsa non esse, fed Scriptoris admodum recentioris. Sic fane viri Criticæ fcientia periti, quos magno numero noftra hæc ætas tulit, fuma confensione definiunt adverfus quorundam Theologorum opinionem, qui Antefignanos & Duces fecuti fuos haud fatis in Critica arte verfatos, Symbolum iftud Athanasii esse pronuciant. Quam procul a vero aberrant illi, ifta (ni mea me fallat opinio) momenta aperte demonftrant. Primo demonftrationis loco esse potest Veterum Patrum, & Scriptorum Ecclesiasticorum altum de symbolo filentium. Nemo quippe Athanasio coævus, aut fuppar ejus vel obiter meminit, ubi hujus in medium proferendi commoda fe dabat occasio, ac ipfa quoque necelfitas poftulabat: non Sanctus Gregorius in *Oratione de laudibus Athanasii*, ubi adornatas ab eo lucubrations diligentiffime memorat: nullus Hiftoricorum Ecclesiasticorum, qui primis Ecclesiæ feculis Athanasianorum operum indicem pofteris reliquerunt. Unde & effectum est ut vetuftiores Athanasii operum Codices cum Latini, tum Græci numero viginti quinque, quos Galli Benedictini de re litteraria optime meriti ad novam curandam editionem fuma diligentia conquifere, symbolum illud minime præfentent. Nullum illius Græcum exemplar inventum est; Jam quid S. Cyrilli Alexandrini, & Ephesine Synodi adverfus Nestorianos? Quid S. Ivonis, & Concilii Calcedonenfis, contra Eutyechianos dimicantium, filentium adducam? Nemo certe est in hifce quaftionibus tantifper edoctus, qui nefciat, quanto ftudio, quanta diligentia Patres illi, atque Concilia veterum monumenta omnia protulerint, quibus catholicam veritatem adverfus Nestorianam, & Eutyechianam Hærefim tuerentur. At nihil ex eo symbolo petierunt; ramesi clariffima ibidem adverfus eas Hærefes testimonia præto funt.

His omnibus addendum arbitror filentium Latinorum contra Græcos post fchisma Photianum ufque ad Gregorii IX. tempora de Processione Spiritus Sancti difceptantium. Si enim tunc pro certo creditum fuiffet, symbolum hoc Athanasii esse, eo telo Latini Græcos fine dubio petiffent, quod

M m 2

quod Spiritum Sanctum a Patre & Filio procedentem aperte asserat; quod profecto non leve pondus habuisset ob summam S. Athanasii in utraque Ecclesia auctoritatem. At primi omnium, quos eo adversus Græcos symbolo usos esse legimus, sunt Apocryphii Gregorii IX. decimo tertio Christiani nominis seculo, cum ea controversia jam annis pene quingentis perdurasset: quapropter, ut hoc argumentum ultimo concludam, verisimilius est, symbolum hoc ab aliquo Scriptore prodiisse sexto Ecclesie seculo ineunte post Nestorii, & Eutichetis blasphemias evulgatas, atque damnatas, post Theodoretum controversiam de Spiritu Sancto, contra S. Cyrilli anathematismos excitatam: hancque idcirco Fidei formulam fuisse tunc temporis elucubratam, ut Fideles adversus tot illos enatos errores sacro veluti antidoto munirentur.

Secundo: Gravia sunt hæc; sed fient eorum, quæ dicturus sum, comparatione levissima. Repugnat ratio temporum, quominus symbolum hoc D. Athanasio ascriberetur: huius quippe symboli Auctor, quisquis tandem ille sit, Fidei professionem edit, eamque distinctissimam, explicatissimamque adversus nonnullas hæreses, de quibus nihil unquam Athanasii ætate auditum fuerat. Quod ita paucis ostendo. Floruit Athanasius vertente seculo quarto, diemque clausit extremum sub Valente Imperatore anno circiter tercentesimo septuagesimo. Nestoriana vero, & Eutychniana Hæreses annis amplius centum post Athanasii obitum in Ecclesia emerferunt. Nestoriani Christum impie dividebant, duas in eo Personas admittendo, Divinam scilicet, & Humanam: Eutychniani vice versa binas Naturas sacrilege confundebant, unamque in alteram conversam effutiebant, Divinam scilicet in Humanam.

Tertio: Suadet hoc ipsum præterea ratio prorsus invicta; ex Athanasii scilicet vena symbolum illud minime prodiisse. Athanasius enim in *Epist. ad Antiochenes* satis aperte significat, se a nova condenda Fidei formula procul abesse; & Nyecenæ Synodi symbolum suis omnibus numeris absolubilissimum fuisse contendit. Cur ergo alterum ab illo editum asseremus? Neque vero illis temporibus licitum erat Symbolum aliquod ultra Nicænum condere. Mali id omnis erat, mali consilii, ac turbulenti duntaxat ingenii; idque Ariani solum, per summum nefas in suis pseudo-Synodis attentabant; atque idcirco apud Nicænæ Fidei Professores pessime audiebant. Ut quid ergo id attentasse Athanasium existimabimus? At, repugnat nonnulli, symbolum illud nec novum, nec a Nicæno distinctum dici potest, sed ejusdem aperiitio; cum ejus duntaxat Fidem explicatior aperiat. Verum & hoc ipsum attentare illicitum erat ea ætate temporum, ne obtentu exponendi symboli Nicæni sub specioso verborum apparatu subtiliores errores obrepent: idque unum erat, quod Ariani reclamantibus Nicænæ Fidei professoribus attentabant; cum palam Concilio Ecumenico refragari, minus audent. Quare qui istud nobis responsum obtrudunt, satis se esse significant in Historia Ecclesiastica peregrinos prorsus, & hospites. Nec vero se minus deridendos propinant, qui ut hanc difficultatem elidant, reponunt, lucubrationem illam instar Symboli ab Athanasio editam non esse (ne scilicet contra Concilii Nicæni voluntatem attentaret) sed instar Fidei regulæ, aut Fidei professionis; quasi vero aliud sit Fidei regula, atque professio, aliud Symbolum? Et certe, si mutato nomine Fidei regulas, & professiones edere tunc temporis licuisset; nemo fuisset, qui ea speciosa arte Conciliorum prohibitioni non illuisset; reposuissent enim ipsimet Ariani, se non Symbola, sed Fidei regu-

las, & professiones edere; atque interim stolido illo aucupio virus suum simplicibus propinassent; fraudeque suas hac una nominum mutatione cummulassent. Apage nugas.

Clamat præterea primigenius stylus, nativusque sermonis contextus, quo Symbolum illud exaratum est, ex Athanasii calamo minime effluxisse. Nec enim Græci hominis est, quandoquidem non modo latinum est Sybolum, sed & latinam originem redolet, adeo ut ne quidem ex Græco idiomate latine redditum credi possit. Nihil quippe Græcæ phrasæ aut habet, aut subolet; imo idiotismis abundat Græcam Originem resurgentibus; qualis est E. G. accurata illa distinctio inter personam, & substantiam Græcis Patribus ignorata: non confundentes personas, neque substantiam separantes; qualis est illa concinna, & accurata gradatio de Spiritu Sancto: non factus, nec creatus, nec genitus, sed procedens; quæ Græco vix idiomate fieri potest.

Neque vero ad eam difficultatem elidendam reponere juvat, potuisse Athanasium latinam linguam ediscere biennio illo, quo Trevis vixit; atque item dum profugus Mediolani, Aquilejæ, & Romæ egit. Parum enim verisimile est, S. Athanasium provecta jam, uti erat, ætate; & longe aliis, ac melioribus curis occupatum, hunc laborem addicendæ peregrinæ linguæ subiisse; idque præsertim nulla cogente necessitate. Nam & Romæ, & in Italia copia virorum erat, qui Græce scirent: adeo ut Athanasio ad mutuos sermones conferendos latina lingua non esset opus, dum iis in Regionibus versaretur. Sed est latine didicisset Athanasius, difficile creditur est, eum ita expedite scivisse, ut nullus in scriptione latina græcismus excideret; uti profecto in eo, quod expendimus, Symbolo nullus est. Adde, nullum aliud Athanasii certum opus latine scriptum extare. His omnibus ego ad cumulum addiderim, quod plures eruditii viri tam magni faciunt, ut ex hoc uno rem totam tamen consilii posse sibi certo suadeant; nimirum incredibile prorsus esse, Athanasium illum, qui accerrimus semper fuit Nicænæ Fidei defensor, prætermittere in suo Symbolo voluisse vocem *consubstantialem*, seu consubstantialem, quam Nicæni Patres ad Ariam Hæresim penitus proscribandam, eorum Symbolo inferendam existimarent.

Demum, ut rem totam paucis absolvam, nihil adeo apud critica scientiæ peritos fabulam olet, quam in aliqua texenda narratione defensione reprehendimus. Et quidem, qui Symbolum illud Athanasio tribuunt, non conveniunt inter sese, quo tempore, quave occasione illud ediderit, nec nisi fabulas narrat. Quidam eum Trevis illud scripsisse volunt; illicque puteum ostendi dicunt, ubi ob Ariarum insidias latitaret, suumque Symbolum scriberet; sed illud commentum refellitur. Trevis enim honore exceptus est S. Athanasius, nec ut exul, sed ut Confessor. Nec mirum, cum Episcopus Trevisensis tunc esset S. Maximinus Ariarum hostis accerrimus, & Nicænæ Fidei defensor egregius. Imo potius Athanasium illuc miserat Constantinus Imperator, ut eum Ariarum furori subduceret: quemadmodum constat ex litteris Constantini Junioris ad Alexandrinam Ecclesiam, quas ipsemet refert *Apologia* 2. Omnes etiam Scriptores Ecclesiastici, Theodoretus, Sozomenus, Simeon Metaphrastes, & Græcus alter vitæ S. Athanasii scriptor Anonymus, in puteo Trevisensi latebras alto silentio promunt, insulamque fabulam esse suo silentio revincunt; hæc porro de Athanasio in puteo Trevisensi latitante fabula inde, opinor, enata est, quod Rufinus

Objectiones contra præcedentem assertionem de Symbolo S. Athanasio perperam adjudicatas diluuntur.

CUM in antehabitis multis probaverimus argumentis, Symbolum, quod Athanasii nomine circumfertur, ipsius re ipsa non esse, sed Scriptoris admodum recentioris: postulat nunc officii ratio, ut Theologorum aliter opinantium momenta, & argumenta diluamus.

Sunt hæc numero quidem multa, undequaque corrasa, atque congesta. Alia quidem, quibus nostrarum momenta probationum evanescere contendunt; alia, quibus conclusionem ipsam a nobis positam impetunt ex directo. At nullum ex his argumentis occurrit, quod speciem aliquam difficultatis præferat. Rem totam vos ipsimet experimento comprobabit, si allatas a nobis probationes cum eorum objectionibus conferetis.

Ac primo quidem, cum Symbolum illud Athanasii non esse probaverimus, quia Patrum, veterumque Scriptorum omnium nullus illud sub Athanasii nomine laudavit, ii ex adverso Patres nobis ostentant, quos illius Symboli meminisse putant, tamquam a D. Athanasio elucubrati. S. Gregorium Nazianzenum in eo Patrum numero ponunt, eumque Symboli a D. Athanasio conditi mentionem fecisse contendunt in Oratione de laudibus Divi Athanasii habita; ubi eum summo opere commendat, propterea quod veritatem de Spiritu Sancti Divinitate aperitis verbis promulgaverit primus cum paucis aliis; scriptoque confessus fuerit; hancque confessionem Juliano Imperatori obtulerit. Ita illi contra nos arguantur.

Lepide profecto, & egregie? At unde habent viri boni, confessionem illam de Spiritu Sancti Divinitate Juliano Imperatori oblatam ab Athanasio, illud ipsum fuisse Symbolum de quo nobis est disputatio? Id profecto tam falsum est, quam quod maxime. Quid ergo erat? Dicam breviter. Epistola Synodica erat ab Athanasio scripta nomine suo, & Episcoporum Ægypti, Thebaidas, & Libyarum, quæ & Nicænum Symbolum complectebatur & alia nonnulla ad Pneumatomachorum Hæresim oppugnandam documenta. En Athanasii scriptorem a Gregorio Nazianzeno commendatam, non Symbolum, de quo nunc disputamus. Sed mendaces oportet esse memores. Symbolum enim illud, si Theologis istis credimus (ut in præcedenti prælectione retulimus) exhibuit Athanasius Julio I. Romano Pontifici, ut se ab Ariana Hæresis suspitione liberaret, confessionem vero a Gregorio Nazianzeno memoratam obtulit Athanasius Imperatori Juliano. Symbolum istud unum, alterumque verbum habet de Divinitate Spiritus Sancti; confessio vero a Gregorio Nazianzeno memorata, tota erat ad defensionem Divinitatis Spiritus Sancti elaborata. Ad populum igitur phalaras istas.

S. Augustinum secundo loco nobis opponunt Baronius, Bellarminus, Postevinus, Vasquesius, Gregorius de Valentia, alique non pauci; quasi S. Doctor in *enarratione super Psalmum 120.* integram hujusce Symboli periodam sub Sancti Athanasii nomine laudasset, ea Psalmista verba exponens: *per diem sol non uret te; Augustinum ita loquentem inducunt: de hoc solo Patre Alexandrinus Episcopus ita pulchre locutus est: Filius inquit a Patre solo est; non factus, nec creatus, sed*

suus lib. 10. *Hist. cap. 18.* scripserit, Athanasium sex annis continuus ita latuisse in lacu cisternæ non habentis aquam, ut Solem nunquam viderit. Sed hoc in Ægypto factum narrat Rufinus, non Trevis; nec tempore Constantini Magni, sed Constantino Juniore jam interempto; cum Constantinus Occidentis, Constantinus Orientis Imperium teneret. Quin etiam latebras S. Athanasii in cisternæ lacu ad incertam famam Rufinus refert, non uti rem certissimam prodit.

Alii Symbolum illud a S. Athanasio Romæ editum volunt, & Julio I. Pontifici Maximo oblatum conjiciunt, dum multorum criminum ab Eusebianis accusatus necesse habuit Fidei professionem coram Apostolica Sede palam edere, ut Romanæ Ecclesie communionem perferri posset; ita Baronius, ejusque affectu. Verum non auspicius illi conjiciunt. Siquidem Athanasius de doctrina non fuit apud summum Pontificem accusatus, sed de rebus ad disciplinam, ac mores spectantibus, ut quod a Synodo damnatus, nec ab ea reitutus sedem suam contra Canones occupasset; quod ejus Alexandriam reditus multarum cadum causa fuisset; quod denique Ægypti, ac Lybiæ viduis triticum Constantini munificentia præberi solitum eripuisse.

Cum itaque non hæreses, sed aliorum criminum accusaretur Athanasius, cum etiam Julio Pontifici Maximo, omnibusque Catholicis non solum perspectum ejus pro Nicæni Concilii defensione studium ardens, sed exploratum plane omnibus esset, ipsum e contra in odium Fidei calumniis impetitur, & exilio fuisse damnatum; incredibile prorsus est, Julium Pontificem ab illo Fidei professionem exegisse.

Sed est quæ ab eo Fidei professionem exegisset Pontifex Maximus, non aliam profecto exegisset, quam qualem ea postulabat ætas, illam scilicet, qua tunc temporis disseminatos errores excerpere significasset. Quid vero præfaga, ac propheticam mente Nestorianorum, & Eutychnianorum Hæreses nondum enatas ejurare necesse fuisset, de quibus ne per umbram tunc temporis quæstio erat? Quid, etiam si Fidei professionem exegisset ab Athanasio Julius I. quid, inquam, durius cum illo egisset, quam cum aliis agi solitum erat? Qui enim ea ætate temporum in violatæ Fidei suspensionem veniebant, & Fidei Professionem emittere tenebantur, non ad novam condendam Fidei formulam cogebantur, sed ad Symbolum Nicænum sine simulationibus amplectendum, profitendumque. Sed pudet in ea parte diutius immorari; horretque etiam animus cogitare, Athanasium omnium sui temporis Hæreticorum strage clarissimum, post tot illos de Ariani triumphos reportatos, post tot erecta trophæa, quibus toto Orbe nomen ejus inclauit, ad Fidei professionem emittendam adactum esse, ut præconceptam de se finitram suspensionem extingueret: quasi qui fingeret, Augustinum post attritam, debellatamque tot libris, tot disputationibus, tot Conciliis Africanis Hæresim Pelagianam, eo demum adactum esse, ut Fidei professionem ederet, ne & ipse Pelagianus haberetur.

Id ergo certissime concludendum, Symbolum, quod S. Athanasii nomine circumfertur, nec ejus esse, nec esse posse; sed Auctori alteri admodum recentiori, atque Latino tribuendum. Tempus esset, ut quæ in oppositum afferri solent, dilueremus. Verum quia in nostra asserenda, probanda sententia ultra quam putabamus, tempus insumpimus, cogimurque cessare cavere, provinciam illam in sequenti Exercitatione persolvemus.

sed genitus: quæ verba in hoc symbolo continentur.

Ita ne vero locutus est Augustinus *Enarratione in Psalmum 120.* Legite per me Augustinum, legite, ac relegite ejus in Psalmos Commentariorum enarrationem in *Psalmum 120.*; percurrite diligentius, ac dispungite minutatim; genium vestrum ratum habeam, si vel Athanasium appellatum ex nomine, vel ea verba Augustino affixa, admotis licet acutissimis perspicillis, invenietis. En Augustini germana verba: *Alium factum fecit Deus, qui oritur super bonos, & malos, istum quem vident & boni, & mali: alius autem est ille sol, non factus, sed genitus, per quem facta sunt omnia.* Ubinam appellatum hic Athanasium nomen, aut integra ex ejus Symbolo phrasia transscripta? Sed quid mirum, si ubi germana testimonia Patrum pro adornandâ Athanasiani Symboli assertionem minime suppetunt, spuria proferuntur?

Ejusdem furoris est, quod jactant bene multi; nimirum S. Hilarium in *Fragmentis* hoc Symbolum S. Athanasio tribuisse: Nihil profecto hujusmodi est in *Fragmentis* Divi Hilarii; sed omnia pro arbitrio, sine criterio viri minus cauti misceverunt, ut signata sua novis figmentis obducerent. Res ita se habet. Librum *Fragmentorum* edidit D. Hilarius, ita dictum, quia in eo multa fragmenta congesta ad Arii damnationem attentata; momenta Fidem Nicænam experientia multa contulit: indeque effectum est, ut qui deinceps fecerit temporibus fragmenta illa manu transcriperunt, alia etiam ad idem institutum facientia, & inter illa Symbolum illud, de quo agimus, ad operis Hilariani calcem addiderint. Sunt ergo hæc additamenta recentiorum, non Divi Hilarii collectanea. Unde nec in antiquis, sed recentioribus duntaxat codicibus continentur. Id nos movent doctissimi Viri Nicolaus Faber, & Benedictini Galli, qui castigatioris Sancti Hilarii editiones nuperime curaverunt. Sed viri boni, qui nullo præmissio criterio Patrum codices non tam legere, quam perfunctorie læsit re solent, omnia hæc promiscue confuderunt, & Symbolum istud recenti manu Hilarianis *Fragmentis* affuturum, veluti ab Hilario re ipsa descriptum opinati sunt, nobisque tanti viri suffragium, quasi ridente Minerva, ac secundo favente Mercurio venditarunt.

Hoc ergo vel invito, volenteque fateantur Theologi illi, veterum neminem esse, qui Symbolum illud Divo Athanasio tribuerit, aut illud ad ali-quod Fidei dogma vindicandum usurpaverit: quod apocryphia luculentissimum est argumentum.

Jam vero de prima expeditis Theologorum illorum objectione, ad secundam accedo; qua alteram a nobis adductam Conclusionis probationem enervare moliantur. Cum enim Symbolum illud Athanasii non esse probaverimus, propterea quod illius auctor Fidei professionem emittat adversus Hæreses Nestorianam, & Eutychanam, quæ centum plus minus annis post Athanasium emerferunt; contra sic illi argumentantur: nihil vetat Divum Athanasium, ut erat apprime doctus, & in Sacram Scripturarum doctrina versatus, posteriorum etiam sæculorum hæreses in antecessum præcavisset, atque anticipato occupasse; & sacra Fidei dogmata iis hæresibus adversa scripto signasse, atque firmasse. Quod & Patres alii bene multæcere; qui plura anticipato scriptis reliquerunt, quibus posteriorum sæculorum hæreses occupantur, & oppugnantur.

Egregie sane, & erudite? Verum repono ego: Possunt quidem Ecclesiæ Patres superioris ævi, potuit & Athanasius posteriorum sæculorum hæreses anticipato occupare, atque refellere quantum ad substantiam dogmatis; minime tamen præstare id possunt usurpatis, affectatis, & studiose adhibitis verbis, ac vocibus, quæ posterioribus duntaxat faculis ab Ecclesiâ Catholica sunt adhibita; ac etiam consecrata ad illos ipsos damnandos errores. Potuerunt E. G. Ecclesiæ Patres Ariana Hæresi superiores, scriptis editis, hæc ipsam Hæresim anticipato occupare, refellere, impugare, quo ad substantiam dogmatis; nempe Christi Divinitatem asserendo, ac vindicando, quam subinde Ariani negaverunt. Verum id præstare non potuerunt usurpatis, affectatis, ac studiose adhibitis verbis illis, ac vocibus, quæ post exortam Hæresim Arianam ab Ecclesiâ sunt usurpata, adinventæ, ac veluti consecrata ad Arianam Hæresim proficibendam.

Jam ad Institutum accedo. Auctor Symboli, de quo nobis est disputatio, Fidei professionem edit adversus Hæreses Nestorianam, & Eutychanam, easque anticipato occupat, & impugnat non modo quoad substantiam dogmatis, unam scilicet in Christo Personam, binasque in illo Naturas proficendo, sed illas ipsas voces affectat, atque usurpat, quæ nonnisi obversis Nestorianis, & Eutychanis in usu fuerunt.

Concillii IV. Toletani suffragium potenter exag-gerant *cap. 1. Confessionis Fidei*, ubi Symboli hujus verba nonnulla recitantur in hunc modum: *Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum unius Deitatis atque Substantiæ constitutum: in Personarum divinitate Trinitatem credentes, in Divinitatem unitatem predicantes, nec Personas confundimus, nec substantiam separamus: Patrem a nullo factum, vel genitum dicimus: Filium a Patre non factum, sed genitum asserimus; Spiritum vero Sanctum nec creatum, nec genitum, sed procedentem ex Patre, & Filio profitemur.* Et paulo infra de Filio: *æqualis Patri secundum Divinitatem, minor Patre secundum Humanitatem.* (a) Quæ verba tandem in isto Symbolo continentur. Verum Synodus illa Toletana anno duntaxat sexcentesimo trigemotertio habita est, quo tempore a Scriptore latino Symbolum illud jam editum fuisse ultro concedimus. Idcirco nil mirum, si verba ejus Synodus illa mutuari potuerit, & in suam Fidei professionem transfundere. Imo vero, si quis animo ita esset affectus, ut Symboli hujus elucubrationem ad posteriora etiam tempora transferre vellet, & auctori alicui Synodo etiam illa Toletana posteriori adscribenda judicaret, nihil illi Synodi hujus verba officerent. Cum enim nullum auctorem indigiter Synodus illa, ex quo verba mutuata sit; sed ea duntaxat phrasas in Synodo legantur, quæ in isto Symbolo continentur; definiti certo non potest, an eas phrasas Synodus hæc ex symbolo illo mutuata sit; an e contra easdem illas phrasas Symboli auctor potius ex ipsamet Synodo desoraverit.

Nihil plus movet, quod in Synodo Augustodunensi legitur: *Si quis Presbyter, Diaconus, Subdiaconus, vel Clericus, Symbolum, quod inspirante Sancto Spiritu Apostoli tradiderunt, & Fidem S. Athanasii Præsulis irreprensibiliter non recesserit, ab Episcopo condemnatur.* (b) Nam & hæc Synodus posterior etiam est Toletana, upote anno sexcentesimo septuagesimo celebrata, quo tempore Symbolum istud ab altero quopiam scriptore jam adornatum facti sumus. Unde nil mirum, si Clericis memoriæ mandandum injunctum sit.

Quid

(a) Apud Labbeum in Collectione Conciliorum Parisiensis edita 1671. Tom. 5.
(b) Apud Labbeum in Collectione Conciliorum Parisiensis edita Anno 1671. Tom. 6.

Quid vero, est Fides Athanasii vocitetur? Hoc etenim nomine, tituloque a recentiori auctore instar dialogi editum est; propterea quod doctrinæ ab Athanasio adversus Arianos præsertim vindicatae compendium esset. Et quidem deridendus ille esset, qui ob id Symbolum hoc ab Athanasio scriptum esset, quia Athanasii nomen in suo titulo exhibet; cum hujusce generis Scriptionibus familiare sit, ut non Auctorum suorum nomina præferant, sed illorum, ex quorum Doctrina, atque sententiis scripta ea elucubrata fuerunt. Ut si quis E. G. ex D. Thomæ Doctrina librum conficeret in materia morum, recte illi titulum hunc præfigere posset: *Moralis D. Thomæ*: uti revera hujusmodi liber extat; qui tamen a D. Thoma conscriptus non est, nec ei propterea tanquam illius factus tribuitur.

Unum superest, quo tueri se, debilemque causam juvare putant Theologi recentiores: auctoritas videlicet Apocryfiorum Gregorii IX. qui de cimetorio vertente sæculo Constantinopolim missi S. Athanasii Symbolum, velut Sanctissimi Viri partum, in definitione Catholica Fidei protulerunt; & novum Eugenii IV. suffragium qui de cimetorio vertente sæculo compendiosam illam *Fidei regulam, per Beatissimum Athanasium editam* Armenorum Oratoribus præbuit, ut in Decreto unionis Armenorum observare licet. Quibus etiam, si lubet, Breviarii Romani adscriptio jungi potest, ubi præfixo Athanasii nomine, Symbolum istud inter divinas de more preces statim diebus decantandum injungitur.

Sed sunt hæc minus apta suffugia, ne causa decidat Adversarii. His enim Criticæ scientiæ periti minime commoverent. Duo autem caute, prudenterque hæc in re fecerenda veniunt: Alterum juris, alterum facti; Fidei unum, Criticæ alterum. Juris, Fideique quæstio est, num Symbolum illud D. Athanasii nomine volitans puram, germanamque Catholicæ Religiosis formulam complectatur. Facti, Scientiæque critica controversia est, num a ipso Athanasio, aliove recentiori Scriptore fuerit elaboratum. Quæstio prima facile dirimitur auctoritate Gregorii IX. & Eugenii IV. qui Symbolum illud Græcis, atque Armenis tradiderunt; nec minus auctoritate universalis Ecclesiæ solvitur, quæ hoc idem Symbolum solemniter recitandum Clericis mandat in Breviario Romano. Ex his enim recte colligitur, germanam, puram, & integram illam esse Fidei professionem. Verum quæstio altera, quæ facti duntaxat est, sit ne ab Athanasio editum Symbolum illud, non perinde laudatorum Pontificum, Breviarique Romani auctoritate resolvitur, quamquam Athanasii nomen Symbolo huic præfigatur; quia de ea tituli præfixione (cum hæc nec ad Fidei dogma, nec ad Disciplina regulam ullo modo pertineat) nulla Ecclesiæ cura fuit, nec esse debuit. Præsertim quod nondum certo constet, sed penes eruditos prorsus obscurum sit, quisnam fuerit ejusdem Symboli genuinus; ac verus Auctor, cujus nomen præfigere Ecclesiæ rite posset. Titulum itaque Ecclesiæ reliquit, quem præfixum invenerat, eo quod non de Symboli Scriptore, sed de Dogmatibus in eo expositis controversia aliquando orta fuerat. Ecclesiæ enim questionibus juris (in materia morum, ac Fidei) judicandis intenta majestatem suam, auctoritatemque ad minutulas illas Facti Quæstiones expendendas minime demittit. Quare de iis Facti critici controversiis, si quid obiter in publicis Intrumentis attingit Ecclesiæ, nil certi statuit; sed quod vulgo creditur, dummodo Fidelibus nocimento non sit, tenendum

finit ex communi potius sententia, quam sua; virisque eruditus liberum relinquit, ut hæc ipsa minutula Facta ad severioris Criticæ leges, si lubet, expendant. Hoc ipsum confirmare possem quam plurimis exemplis ex Operibus aliorum Sanctorum Patrum petitis, Dionysii, Augustini, Hieronymi, Ambrosii, Chrysostomi, Bernardi, aliorumque plurium, quibus permulta Opera, Ecclesiæ consentiente, eorumque Editionibus permittente, ac etiam approbante, olim tribuebantur: quæ tamen decursu temporis vel dubia, vel supposititia reperta sunt; & a recentibus Editionibus aut prorsus expuncta, aut Notis, & Animadversionibus castigata. Perperam igitur ex Titulo, qui Athanasii nomen præferret, quemque præfigi sinit Ecclesiæ, colligere sibi putant adversæ sententiæ vindices, vere illud magni Athanasii factum esse.

Sed inquiet fortassis quispiam: usque adeo Græcis Theologis perfectum fuit, Symbolum illud Athanasii fuisse, ut Latinis illius auctoritatem circa Spiritus Sancti Processionem objicientibus hæc duo dare responsa coacti sunt, ut illius auctoritatem effugerent: Primum, versiculum illum, qui Spiritus Sancti Processionem expouit, a Latinis Scriptoribus huic Symbolo fuisse asutum: alterum (quod aures religiosæ vix ferunt) Athanasium plus æquo incaluisse mero, dum illud scriberet; si Gennadio credimus in *Defens. Conc. Flor. cap. 1. sect. 5. (a)*

Falluntur tamen, qui id objectant: nam & tertiam evasionem invenerunt Græci Theologi; nimirum Symbolum hocce Athanasio perperam assignari, ut permulti hodie etiam fatentur hujusce Symboli Defensores acerrimi. Imo vero (quod causam meam non parum juvat) nullum Græcis, ob Symbolum istud Athanasio adjudicatum, negotium a Latinis facessitum observo; tamen ob alia duo responsa, quibus vim ejus declinare nitentur, acriter exagitati fuerunt. Quin etiam Beffarion ille celeberrimus, qui Latinæ Ecclesiæ Fidem, Græcis licet, in Concilio Florentino strenue propugnavit, in proluxa illa, eruditissimaque Oratione ad Patres habita, qua veterum Græcorum Patrum testimonia pro Spiritus Sancti a Filio Processione demonstranda, diligenti studio congestit, Symbolum Athanasianum, quod causam ejus mirum in modum juvisset, alto silentio prætermittit: adeo verum est, eum lucubrationem illam nec Athanasii, nec alterius cajuspiam Græci Scriptoris existimasse.

Cujus ergo, quæres forte, Scriptoris erit Symbolum illud? Nova hic quæstio inducitur. Satis mihi sit ostendisse, Athanasii non esse: jam cuius sit, non ita certo definierim. Sunt enim quædam Scriptionum genera, quæ licet nonnullis Patribus certissimis argumentis adjudicentur; cujus tamen revera sint, difficillime demonstratur. Virorum eruditorum judicia proferam, meaque de iis conjecturas breviter adnectam.

Sunt, qui Symbolum illud S. Eusebio Vercellensi tribuant. At antiquior ille est, quam ut de Hæresibus Nestorii, & Eutychetis suo jam tempore nondum enatis adeo dilucide, & explicate pronunciare potuisset, ut eo in Symbolo pronunciatum legitimus. Imo cum Athanasii ætate vive-ret Eusebius ille, iisdem pene momentis sententia illa exploditur, quibus revincitur altera jam a nobis cumulatissime confutata.

Alii ab anonimo Theologo Gallo editum conjiciunt, Pipini, vel Caroli Magni temporibus, occasionem præbente controversia de Spiritus Sancti Processione, de qua in Gallicis tunc Synodis actum

(a) In Bibliotheca Patrum Editionis Parisiensis 1644. Tom. 4. Part. 1.